Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Hæc quo latius consequentia ex his quæ prætaxauimus manifesta esse uideamus ita de cellariis quæ spaliis sentire debeamus. In consequentibus mutuo fit ut de horto et de cubiculo quæ abo
ne adiungo istis cellariis et in presenti disputatione assumo. nam simul relata
melius ex inuicem innotescent. Et quamuis si placet ita ista in septuris seis. hortum
cellarium cubiculum. In ipsis nempe libenter deus spiritus aliquis uisat et morat spiritus
se ibi abque dubio inuenturum quia scriptum. Sit itaque hortus plana ac simplex historia.
sit cellarium moralis sensus sit cubiculum archanum theoricæ contemplationis. Et
primum quidem hystoriam ad hortum puto non immerito deputauit quia in ea inueniantur
uiri uirtutum tanquam ligna fructifera in horto sponsi et in paradiso dei de quorum
bonis actibus ac moribus quasi sumitur exemplum tot carpis poma. An forte quisabigat
dei esse plantationem bonum hominem audi semper dicit de uiro bono quia canat
Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit
in tempore suo et folium eius non defluet. Audi ieremiam eodem spiritu concinentem et hidem
pene uerbis. Erit tanquam lignum infructuosum quod plantatum est secus decursum aquarum quod
ad humorem mittit radices suas et non timebit cum uenerit estus. Item pphanuste
ut palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur. Et de seipso. Ego autem
sicut oliua fructifera in domo dei. Et quia historia horti et ipsa tripartita. Continetur
namque in ea celi et terre creatio. reconciliatio. recupatio. Creatio quidem tanquam cen
satio. siue plantatio. Reconciliatio autem quasi germinatio satorum et plantatorum.
Tempore nempe suo roratibus celis desuper et nubibus pluentibus iustum aperta est
terra et germinauit saluatorem per quem facta est celi terreque reconciliatio. Ipse enim pax
nostra qui fecit utque unum. pacificans in sanguine suo quod in terris sit et quod in celis. Porro
reparatio fuitque est in fine seculi. Erit enim celum nouum et terra noua. et colligentur
boni de medio malorum tanquam fructus de horto in dei pomptuaria reponendi.
In die illa erit ut septum est germen domini in magnificentia et gloria et fructus terre
sublimis. Habes quia ita tripartita in horto hystorici sensus. In morali quoque disciplina
ita equidem adyertere est. cellas quasi tres in cellario uno. Et iccirco fœsitan pluralitate
cellaria dixit et non cellarium. cellarum uidelicet hic numerum cognatum. Infra denique
inducta se gloriatur in cellam uinariam. Nos quoque legimus da occasionem sapienti
et sapientior erit. habente occasionem ex uocabulo quidem spe sese cellæ huic
censuit imponendum reliquisque duabus noua imponamus aromatica uni et un
guentaria alti. Causam hoc uocabulorum uidebimus per ea. Hæc autem adyte cuncta
apis sponsum salubria cuncta suauia repiri. uinum. unguenta. aromata. Vinum
septura teste lectificat cor hominis. Exhilarari michomin legimus faciem in oleo quoque;